



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1657**

§. 179. Et ecce, ego coram vobis interrogans. v. 14.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45549**

## §.179. Ecce, ego coram vobis interrogans. v.14.

Iam olim clam exploratum per submissos , an aliquid ageret doce-  
re contra Reip. quietem & pacē, etiam publicē hodie, & vobis quidem  
präsentibus examinavi. Quid amplius possum Iudex justus præstare?

**R**es deploranda quidem est videre Iudicem vivorum & mortuorum  
ita contemptibiliter coram vili homine stare , & coram subditis,  
pro quorum salute mori desiderabat , präsentari ad audiendum, an ha-  
beant contra ipsum accusationes , & produci in eius interitum quævis et-  
iam falsa, atiamen hoc nobis valde proficuum fuit, patuit eo modo, non  
pro se, sed pro aliis mori Christum Dominum , quis sic privatim tentatus,  
exploratusque, & publice examinatus , semper innocens , & segregatus à  
peccatoribus est in ventus. Laus tibi Domine Rex æternæ gloriæ.

## §.180. Nullam causam invenio in homine iusto. v.14.

Emphasim habet quod signanter dicit in homine justo, non invenio  
causam : folius enim Christi est omnis criminis & peccati experitem esse;  
aliorum autem hominum nemo mundus à sorde, ne quidem infans diei  
unius super terram. Magnum igitur innocentia Christi testimonium est;  
quod ipse Iudex, qui ipsum postea Crucifixit, non semel, sed læpius, & in  
ipso judicio innocentem proclamavit hunc Iesum , quod vel solum nobis  
satis est contra calumnias Iudeorum & Paganorum.

**O**pilatus, non inventire te causam mortis in Christo, gaudeo & exulto.  
Iam video esse hominem, qui pro aliis satisfacere possit Deo. Gratias  
tibi ago, quod eum tam candide demonstrasti esse innoxium, hoc est fun-  
damentum nostræ religionis.

## §.181. Ex his, in quibus eum accusatis. v.14.

Hic non solum pro Christo stat Pilatus; sed etiam adversarios ejus  
ostendit mendaces, quos manifestè confundit.

**O** Miranda est , alienigena innocentia tua Domine defensor erat , &  
Hebræi ipsi , ex quibus secundum carnem natus es , morti te tradere  
satagebant: verum longe ante prædixeras, quod inimici homini domestici eius.  
Si tu ergo Dominus meus, & Deus meus ita odio habitus es, à populo tuo;  
quorsum ego indigne feram si à proprio sanguine persecutionem patiar!  
sed respice, ô Domine, in firmitatem meam; & tuo exemplo me conforta,  
ut in injuria, quam proximi mihi inferunt, solatium habeam, per hanctib[us]

illar[um]